prod Cynochoritas quia dicti facinoris opus habebant, aliquis ex ~~Implacatis~~ Astatis familiam ducebat, et ita ~~et~~ hi quoq. magnum Dei Sacerdotem Thomam immolârant. Legibus publicis tam impudenter ab his qui ~~Implacati~~ Astati dicebantur, violatis (ipsi enim uti dixi, utriusq. homicidii autores erant) fugiunt hi cum sociis ~~[illegible]~~ celeriter Graecorum provinciis, quas Christiana ornabat religio. Perveniunt autem in urbem Chelitinam, quae à Armeniam secundam pertinet: in qua tum Christi hostes Saraceni dominabantur. ~~[illegible]~~ Hic Amiras ~~[illegible]~~ regnum obtinebat, quem Monocheraem appellabant. Atque ~~[illegible]~~ hic Christi hostis sui similes, jam ~~fug~~ profugos ~~[illegible]~~ perbenigne cum in caeteris rebus excepit, et omni humano metu liberatis oppidum Argaum, huti illius gentis lingua vocabatur, ~~incolere~~ habitare permisit. Cum magna autem vis hominum eadem haeresi imbutorum hoc exiguo tempore confluxisset, ut et praedatoriis excursionibus ~~et~~ sufficeret, vicinorum Christianorum multi et frequenter ab impiis his captivi ducebantur. Corroboratum ita hic locorum malum, ~~non tantum~~ ~~[illegible]~~ libertatem subministravit impietatem exercendi antiquis ejus cultoribus: sed et potestatem non exiguam etiam ex captivis aliquos ad eandem sacrilegam sectam amplectendam cogendi. ~~[illegible]~~ transiit eodem et Sergius cujus ~~[illegible]~~ saepe ibi facta fuerat mentio. Is per tempus quoddam cum fugitivis his conversans et dogmata sacrilega magis adhuc ~~[illegible]~~ inculcans coelestem vindictam tandem non effugit. Tempus erat quo in re lignaria opera exercebantur, et Sergius artis fabrilis non erat imperitus. Sed et hac arte conferebat,

et

Astati profugi

Argaum oppidum Armeniae a Saracenis accipiunt: latrocinia exercent.

Sergius & etiam in hac vicinia, dum ligna caedit, occisus.